UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plvtarchi Chaeronensis Ethicorum Sive Moralium

**Plutarchus**

**Impressum Francofor. ad Mœn., M.D.LXXXXII**

In librum de amore divitiarum

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-351

Visual Library

318. 3. Non ineptè subiecit.] *lego οὐ φαύλως ὑπέτυχε. ὑποτυγχάνειν est respondere, subijcere. itaque legitur in scripto, & vsurpatur alibi à Plutarcho alijsq́; non ἐπέτυχε. infrà λευκὴ σαθμὴ πρὸς τοὺς λόγους ὁ ἀδόλεσχος. sic scriptus, articulo omisso, noster sententiã ambiguam reddiderat, cum ἀδόλεσχος adiectiuum iungi cum σαθμὴ videretur. prouerbium est λευκὴ σαθμὴ ab Erasmo illo Magno non malè explicatum.*

319. 37. Semper debet.] *τούτοις δὲ ἀεὶ δεῖ. Sic scriptus. pro δεῖ, impreßi habent καὶ. sententiæ detrimento.*

320. 16. Profligantes.] *τῷ προσέχειν ἀποβιαζόμενοι. Sic scriptus, quanquam ἀπαζόμενοι, quod nos habebamus, supernè à correctore annotato vtrum melius sit, obscurum non puto.*

## IN LIBRVM DE AMORE diuitiarum.

320. 34. Diuitiæ in se.] *Legi enim, τῷ πλουτεῖν οὐκ ἔνεστι. Hic locus in scripto rectè habet, malè in impresso deprauatus. Paulo pòst κεῖν' ὄχεα κροτέοντες. alludit ad Homeri Iliad ο. 453. vocat autem hîc currus inanes, quibus decertabatur, id est, vanitatem sumtuosam. Hîc impegit Erasmus, nescio quos magnificos currus architectatus.*

322. 31. Est hoc de Thrasonidæ malis.] *Totus hic locus è comœdia aliqua videtur desumptus: & conferri diues qui suis opibus non fruatur cum Thrasonida comico, qui amica potitus, copiam sui facientem non amet. cuius adeò sit hæc exclamatio:*

Ἄπολλον, ἄνθρωπον τίν' ἀθλιώτερον
Ἑώρακας ἄρ', ἐρῶντα δυσποτμώτερον;

*Sunt enim senarij sic legendi, & scriptus quoq; comparatiuum habet pro ἀθλιώτατον:*

*Hominemne, Apollo, vidisti miserum mage,*
*Cui resq́; in amore infeliciùs essent sitæ?*

323. 26. Huc adegit.] *σαπραγόρα πρὸξ. ita omnino etiam in scri-*

*in ſcripto eſt: ſed monſtri ſimilis lectio. & ἄγε, non ἄγε. poſt ὑφάπτεις noua incipit ſententia. δεῖ autem ex ſcripto inſere poſt προείζεσθαι.*

325. 11. Furtim potuerunt auferre.] ὅτι ἀκούοντες τι μανθάνουσι. λανθάνουσι *haud dubiè, & vel εἴτι, vel ὅ,τι. Sed* ἀκούοντες *non concoquo. verbum enim videtur requiri, quod furari ſignificet.*

325.31. Iis non vti.] *Legitur* οἱ μὲν χρῶνται. *ſed* οὐ *ex ſcripto inſerui, itaque demum argutè dictum eſt, aliàs friget. non enim contra officium eſt, vti opibus ſuis. Sed vel non vti, vel malè vti, in vitio ponitur.* Mox, cæcæ reuera ſunt.] *legendum* ἀλλὰ τυφλὸς ὁ πλοῦτός ἐστιν. ὡς, *&c. è margine ſcripti. Eadem Theophraſti ſententia tangitur in vita Lycurgi, qui hoc Lacedæmone effectum dediſſe perhibetur.*

327. 2. Quibus omnibus tanquam.] *Inter* μαρτύρων *&* ἢ τὸ μηδὲν *deſunt hæc verba, quæ è ſcripto inſeras.* οἷς δεῖ πᾶσιν ἐμπομπεύειν ἑαυτόν. *vtrum tamen* ἐπιπομπεύειν *potiùs quàm* ἐμπομπεύειν *ſit legendum, quiuis viderit. ibidem etiam eſt* οὖσαν. ἀλλ᾽ οὐχ ὅμοιόν γε, *&c. &* αὐτὴν ἑαυτήν. *&* τ᾽ ἀγαθοῦ *eſt ſupra* τ᾽ ἀγαθόν. *antè* ἄξιον *deeſt* οὐκ, *niſi interrogatiuè legas.* μηδενὸς *nouam inchoat ſententiam.*

## IN COMPARATIONEM ANIMI ET corporis perpeſſionum.

328.1. Propter animúmne.] πότερον διὰ τὴν ψυχήν. *in ſcripto eſt* τύχην: *noſtra, quæ & verior eſt, lectione ſuprà ſcripta. ſequenti verſu* περὶ *pro* παρὰ *ex eodem & neceßitate lectionis ſcribe.*

329. 10. Eas ſe rectè gerere.] ἐπιτυγχάνειν *pro* ἀποτυγχάνειν *ſcriptus habet, & requirit ſenſus. Statim verò lege etiam* ἐπεὶ *pro* ἐπί. *Infrà,* ὥστε καὶ τούτοις χεῖρον.] *ſcriptus,* ὥστε καὶ διὰ ταῦτα καὶ τούτους. *& prope finem* ἐκεῖ. τ. οὐσίαν. *ſcriptus* τὴν Ἀσίαν. *Declamatiuncula eſſe videtur eruditi alicuius,*